

**ACADEMIÆ GIESSENÆ**  
**RECTOR**  
**TOTUSQUE PROFESSORUM ORDO**  
OMNIUM FACULTATUM STUDIOSIS  
 S. P. P.



*Omnis olim Hercules & Musarum ara fuit, quia iudice Plutarcho, in Quest. Roman. Evandrium literas docuit Hercules, resq; videbatur perhonestas, cum literas Prisci amicis ac cognatis traderent. Duabus in tradendis artibus opus erit artis, quæ junctim posita victimarum decus suppeditabunt ad literaturæ politionis florem ac odorem spargendum: Ponant in obitu, quid doctrinæ, virtutis & artis donari loco reportandum sit illis, qui & suas extruunt aras, tempus litando non molli fœcordia, sed laudabili consecrando industria: nam in enim, juxta Sixtinum Amama Vacantes, unde nomen Bacchantes, exulare jubetur à Literarum Sacratio; sacrificii loco adferantur, aures ad audientiam arrepta, animi ad discendum erecti. Ab Amaside jussus Bias, ut optimam & pessimam victimæ carnem mitteret, linguam exactam misit, quia damnum & commodum adferat loquela. Auris docentium linguis sœculo admota, lingua doctorum sermonibus imbuta ad decus & laudem fruit eruditionis aram: Plurimorum sensus & conatus sunt ardentiores, ad indagandum illud, quod à vitæ statu alienum, quàm quod animo cultum inducat & vitæ conditioni quàm maxime conveniat: In angipor- tu quodam Socrates habebat obvium Xenophontem, qui rogatus, ubi homines boni fierent, se ne scire respondit, dum cateroquin, ubi varia & fierent. & venderentur merces, expeditè recensebat; De alienis sepe ingenia sunt curiosiora, de necessariis parum sollicita; Apimi igitur excitandi sunt, ut eò studium advertant, unde sibi rerum fructus conquirunt amplissimos. Denuò in hoc Gieseno Lycéo Musarum ara extruitur, quid nimirum à Professoribus singulis hyeme futuræ a cujusvis Facultatis Studiosus expectare queat, ad edificanda sua studia, præsens Lectionum exhibit Syllabus; Vestram igitur adferre diligentiam vestrumq; docentibus comprobate laborem, non communem Hercules sed sublimem Musarum vobis statuetis aram. Valete. P. P. Giesse sub Sigillo Academiæ Majoræ, die VI. Septembr. Anno M. DC. LVII.*

**IN FACULTATE THEOLOGICA.**

*Fridericus Habesforti S. Th. D. & Profest. Publ. continuabit in Lectionibus publicis, æquæ ac in Collegiis privatis Disputatiõnes, Inchoatum Systema Theologicum curia quoscunque Antagonistas, tam veritate demonstrando, quàm fidei ratione conatando. Apertiet simul Collegium Conclonatorum. Disputationes etiam publicas Anti-Enjedimanas, aliasque Anti-Pædagogicas perit habebit, & per Dei gratiam ad finem perducet.*

*Johannes Nicolaus Mislere, S. Th. D. Eju us & Hebr. Ling. Profest. p. t. Praeceptor. Locorum Communium ad dila ionem, ea quæ cepte methodo, abolvere; Ead & itis in privato Collegio Theologico Disputationes instituet; Adde in super, quantum per labores Academicos fieri poterit, Collegia Hebraica, pro Auditorum numero & placito.*

*David Christiani S. Th. D. ejusdemque Prof. Publice ense. stribumali publicè Locos de Christo & Anti-Christo; præter, Disputatiõnes publicas Anti-Jesuiticas, Anti-Judaicas & Collegium publicè Anti-Papisticum, continuabit. Privatim verò Collegia Theologica, Lætica & Disputatoria instituet.*

*Michael Sivicus S. Th. Lic. & Professor Extraordin. Publicè Pelagianismi historiam ita percurret ut ejus semina in coetibus Pontificiorum, Calvinianorum, & reliquorum Sæcularium, fundamta etiam quibus refutetur hæc Hæresis, monstraturus sit. Privatim etiam ad placitum Dominorum Studiorum collegia tam lectoris quàm disputatoria aperiet.*

**IN FACULTATE JURIDICA.**

*Johannes Simeli cognomento Schütz, D. Collegium Intra privatos præteret, omnibus tamen gratuitum, in quo Constitutiones Imperiales, & quæ ad statum publicum pertinent, confectando tractabuntur, aperiet & habebit.*

*Gregorius Tüschner, U. J. D. Consiliarius Hæse Darmstadiensis & Professor Ordinarius, per semetipsum in explicatione Legum*

*principallium Codicis Justiniani perget; Lectiones etiam Juris Canonici continuabit.*

*Jacobus LeBlen, U. J. D. ejusdemq; Professor Ordinarius, in Lectionibus publicis Juridicis, nobiles Pandectarum titulos explicabit, extra quo cursum, Deo volente, interspectrum temporis spatium abfolvet.*

*Martinus Wülfel, U. J. D. & Professor Ordinarius in Lectionibus publicis Institutiones Justinianæ & Jus Feudale perget, & collegiatq; Exercitia publica & privata, prout desideraverint Dno. Studiosi, instituet.*

**IN FACULTATE MEDICA.**

*Johann Daniel Herstein, Phil. & Medicina D. Professor & Archiatrus Hæse Darmstadiensis, dum per negotia quàm plurima, quibus Clementissimi Serenissimi Principis iussa in aula detinetur, in Academiâ publicè profiteri nequit, operam suam nihilominus per consilia Medica Collegio Medico & Studiosis Medicinæ requisitus præstet pollicetur.*

*Johannes Tackius, Phil. & Med. D. itemque Med. Prof. Ord. & Archiatrus Hæse Darmstadiensis, cum Deo tradet tyronibus Medicinæ lectionibus publicis Institutiones Medicas. Domi v. & privatis institutiõibus in chymicis simul laboribus, collegisque ad caput ipsorum institutis ipsorum petitis se accommodabit.*

*Georgius Balhafar Wülfel, Med. D. & Prof. Ord. Venæ sectionis usu & abutum docebit; venarum item delectus, ubi & qualis in singulis morbis à capite ad calcem habendus sit, rationibus ab experientia & Anatomia petitis, demonstrabit. Privatim Inbretorum sectionibus Veterum ægerudæ quos filios Artis requisitus exercet, ut ad hominem datâ occasione & tempore paratotes veniant.*

**IN FACULTATE PHILOSOPHICA.**

*M. Caspar Edelius, Logica & Metaphysica Professor Ord. publicè in Lectionibus explicationes Logicas continuabit; Collegia*

*item Metaphysica & Logica, sive privata, sive publica, ad captum & habitum auditorum, aperiet.*

*M. Johann Conradus Diericus, Græca Lingua & Historiarum Professor, Historiam Imperatorum continuabit, & in Græcis factam philæologiam exponet.*

*Jacobus LeBlen, U. J. D. Civilis Prudentiæ Professor Ordinarius, & Academiæ Syndicus, in Lectionibus Politicis proponet selectiores quæstiones ex Tacito, easque recentioribus & ad usum maxime facientibus exemplis illustrabit.*

*David Christiani S. Th. D. & Mathematic. Prof. Ord. publicè Astronomiam per hoc hybernium semestre præteret, proxime quoque usum Globi caelestis nec non Instrumentorum Mathematicorum monstrabit. Privatim Collegia Arithmetica, Geometrica, Astronomicæ, Geographicæ, Astrologica & Optica, ad votum & captum Studioforum aperiet.*

*Martinus Wülfel, U. J. D. & Moralium Professor Ordinarius, in Lectionibus suis publicis Moralia etiam conjunget & tractabit, simulque Collegia privata aperiet.*

*Johannes Tackius, Phil. & Med. D. hujusq; & Eloquentiæ Prof. Ordinarius ea quæ cepte methodo publicè perget ita abfolvet ut Eloquentiæ præceptis.*

*Georgius Balhafar Wülfel, D. & Phys. Prof. Ord. pensum, quod restat, eo quo cepte, filo & stylo abfolvet. Post ad alia, quæ quibusdam ad Auditorii usum spectare videbantur, deveniet. Domi interim pro capto & voto Studioforum, sive explicando sive disputando Physicæ fundamenta proponet.*

*M. Johannes Wülfel, Moral. Prof. Extr. principia actionum humanarum, ubi hætenus substitit, resumet publicè prælegenda. Privatim verò Collegia tam disputatoria tam lectoris. Don. Studiosis gratificabitur.*

— 5 ( \* ) 5 —